

C. D. C. L. C. G. (Col.)

BENNONIS

DVRKHVNNDVRKHI

SLAVI

In Spenti Academici Sepulti
Epistolam,


*Pro Antiquitatibus Etruscis
Inghiramiis:*

Aduersus Leonis Allatij, contra
eisdem Animaduersiones,
Examen.



Coloniæ apud Georg. Genselinum.

M. D. C. X. L. I. I.



Perillustri , ac Generoso
D. CHRISTOPHORO
BARONI IN TELCHE,
Domino in Schnaipis,
suo colendissimo.



V o d diu nihil ad te
literarū dederim , Per-
illustris Christophore,
argumenti inopia fe-
cit ; nihil enim mihi
in umbraculo degenti , cum Lusita-
nicis , Gallicis , Flandricisque succe-
sibus : recentes verò Insubriæ , adeó-
que sacrationis Italiæ contra Par-
mensem motus , tibi notiores , qui
si non mediis in castris , non longè
versaris . Vnum te scire velim , per-
actis Comitiis Ratisbonensibus , cum
Cæsare Viennam me profectum , vt
si quid facere me , tui causa in poste-
rum velis , sub quo Cœlo degam ,

A 2 noueris

S. A pena. Pag. 3.

A Maram vocat compositionem Leonis Allatij Sepultus , quia, re ipsa nihil aliud est , ait quam congeries oppositionum ab aliis factarum. Fac ita esse : argumenta Allatij non sint nisi congetures, ut blateras : non co tu Sepulte , immunis eras à respondendo , nisi unica hac exceptione, quod minimè sis satisfaciendo. Nam de cætero plurima, & longè diuersa attulisse Allatum , si non intellexisti, Latini sermonis ignorantia te fecellet. Arguit præterea supinam ignorantiam , hanc ipsam responsonem , si tamen reponsio dicenda est, qua Allatum occulte petstringis , non esse nisi faciem alterius epistolæ , quam tu ab Inghiramio scriptam doces, missis duntaxat iis , quæ manifestis ineptiis , & Lemuribus quoque rendendis abdicebant : sed tu amuream expressisti , cum interea nihil olei ex tuo addidetis , quo saltem ex oleo te sapere ostenderes , nec putridum oleum malle.